



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

140. Si conscio marito uxor fuerit mœchata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Burchard. lib.
9. c. 77.

confortium adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facillè de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem uxores adulteras liberitis apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, communicatio denegatur. Virorum autem commisso latente, non facillè quisquam ex suspicionibus abstinetur; qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cùm ergo causa par sit, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

Si conscio marito uxor fuerit mœchata.
Ex Concilio Heliberitano.

Concil. Eliberit. c. 70.
Burchard. lib. 9. c. 69.
Vide Leg. Longob. lib. 1. tit. 32. c. 6.

CXL. Si conscio marito uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine dandam ei communionem. Si verò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

Si quis cum Judæa vel gentili mœchatus fuerit. *Ex eodem.*

Concil. Eliberit. c. 78.

CXLI. Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, à communionem arceatur. Quòd si alius eam duxerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Editio Helmastadiensis & codex MS. Parisiensis constanter legunt eam duxerit. Apud Rhabanum verò in epistola ad Heribaldum cap. xxvi. eum duxerit. Consensus iste fecit ne eam lectionem mutaremus. Nam sicut